

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum u cum uariis

Est adhuc aliud uerum et euidens diuine sapiencie argumentum quod omne genus simile sibi procreat, et una species propagata prime originis formam non immutat; non ouis uitulum, non uacca agnum, non cerua leporem, non leo uulpem, sed in sibi simile propaginem suam extendit. Aliud genus est fagus, aliud quercus unumquodque suam speciem habet, et unumquodque sui generis seruat similitudinem. Vide folium quomodo intrinsecus productis costulis huc et illuc intexitur. Numera unum, numerata aliud; omne quod est unius generis, unius inuenies similitudinis, tot costulas in uno, quot costulas in alio; talem formam in uno, qualem in alio; talem colorem in uno, qualem in alio. Omnis enim natura quasi cuiusdam intrinsecus dictantis preceptum acceperit, nusquam terminos suos excedere presumit.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

diuine sapiencie] sapiencie signum B C, (*cor. intra*) B; non ouis uitulum non uacca agnum *om.* C; fagus aliud] est *add.* C; quercus] et aliud *add.* P V¹ V² L¹ L²; unumquodque] unumque M; et unumquodque] et unum quod P V¹; quomodo] folium *add.* M; numerata unum numerata] mira unum mira P V¹, mirare unum mirare V² L¹ L²; aliud] illud L²; in *om.* M; formam] form C; talem colorem in uno qualem in alio *om.* C M P V¹ V² L¹ L²; acceperit] accepit P V¹ V² L¹ L²